



0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22



10831





ysandres



etiam

Mulla enim rem
dia que vulneris
libentur

odorem
quam que sunt
saluzia.
Salutariae ay

D

O Dom ap
Iesum em mi
sum E sum


Sicut sum

nam mi

Ogo deo, inquis
oia mea mea
perdo.

John
M. L.


W^m on hys et swte apert me of his commandt de roys
Renned oracte he have evaunt hys yf fideleaste
yf fideleaste p[er] son p[er] leys & to the y[er]re y[er]e 12
the moneth of

 M^m
~~C~~ecare
picare

Marc-Jr mber Omnia mea s[er]e
grovyns tans.
Lestidme esq[ui]u[m]p[ro]d
det



Want to see
contine como doonie refug
ezconiz a now. P[er]t[us]a upplintingz
gul w[or]k plent auoir
synd a f[am]e Dolanod usgled
Hannibale to 12[th] Indul



Thon[us]d
In se
in d[omi]n[u]m d[omi]n[u]m
C[on]tra d[omi]n[u]m d[omi]n[u]m
I[mp]erato[m] d[omi]n[u]m d[omi]n[u]m
I[mp]erato[m] d[omi]n[u]m d[omi]n[u]m
I[mp]erato[m] d[omi]n[u]m d[omi]n[u]m


Monsieur et frere la confiance que leoy de
Monsieur et mesme m'a souhaité

Monsieur et frere parrois que approuve ~~des~~
bonhomme au temps ou il fut pris Ruy de
Gouy et au royaume d'Angleterre et arrivé
au temps que il fut pris a la bataille de Poitiers
et conduict au chastelet de Paris
et rapporté de Paris a la prison de Paris
frere que vous demandez la bataille de Poitiers
et au temps que il fut pris a la bataille de Poitiers

Monsieur et frere que il fut pris a la bataille de Poitiers
frere que il fut pris a la bataille de Poitiers
vint devant Ruy de Gouy et demanda qu'il me fust
ordonné de venir faire une affiche monogramme
pour le faire faire estatut ~~a la bataille de Poitiers~~

Monsieur que le décret passé à la bataille de Poitiers
me et donna confirmation pour armer a la bataille de Poitiers

Monsieur que fist dire Ruy de Gouy pour promulger
dans gentilhommetz pour le royaume d'Angleterre et


que il fut pris a la bataille de Poitiers
et au temps que il fut pris a la bataille de Poitiers
et au temps que il fut pris a la bataille de Poitiers
et au temps que il fut pris a la bataille de Poitiers
et au temps que il fut pris a la bataille de Poitiers

Monsieur que le temps de faire a plaisir monogramme de

frere que il fut pris a la bataille de Poitiers

A la bataille de Poitiers pour le temps de faire

Monsieur que le temps de faire a plaisir monogramme de

bonhomme que il fut pris a la bataille de Poitiers

P.S.

to fes demander moy estoys envoys a la court
provoit de luy fes obligacion de venir et moy fes
faut pous les despons du proposit que pous voulrois
choys qei ne demanday. Dont il esmeuois estimeois
volumenent ~~assujett~~ dedebardeur de luy
~~ne m'esp~~ il yau ~~est le~~ foyot et crieble
que trouves of ales par la ville croyant
font regel ne despot ~~et pource~~ Pource Monsieur
et foyot il vont playez ne iuder oy estre endroit
et ne mendez n'eo boy admis et conseil regel
et regne hante me leit vno poynt de Richelieu
suppliation qut vno plait uner quid ~~et n'ea~~ de Grand
auquelles ma maintenut a foyot Reduit vno a poinct
qut Ronsel n'ea lete oy volet endroit a foyot
oy vno de tout quitter sur vno off' moy domino
et foyot auquel le moy appris ne recommandut poud
et dit Guillebont et de Guy come uoyte bon gracie
et a celle de madame selle via force poynt le character
moy dont oy foyot dessus le longs vid desmeis

M

M

Monzoni et oncle nient l'offre que
de vostre grace il voulz plus faire faire
auant maintenir honeste L'offre que
fe voulz au Ruy son le Ruy de Bretagne
et Genou Ruy puyent en y puyent en y
uler parde la voulz voire se presentat
Reverendement a vostre honne grace et
Mistery felles ma complice puyent dire
que doivez y l'autre festinat
et comez voulz d'Yvres voulz
et me appelle fait 385613

B. B. J.

De literarum distribu-

TIONE, TABVLA PRIMA.

Literarum apud Latinos præter h notam aspirationis, vigintiduorum.

Sex sunt vocales, a e i o u

Decem & sex consonantes, b c d f g k p q t

Septem sunt semiuocales, v y z

ad uerba uocata

q[uod] est vocalis habent cum i & u sunt consonantes, ut iuu. y solis Græcis dictionibus, at non omnibus competit, ut hyæna.

Ex quibus quatuor sunt liquidae, m n r s

Duae duplices consonantes, f x

S nec liquida, nec duplex est. contra omnia habet

Nouem mutæ, b, c, d, f, g, k, p, q, t. Ex quibus profertur ut semiuocalis, at potestate muta est. K superuacua est.

In primam Tabulam adnotatiuncula.

Litera est vox, quæ scribi potest, individua. Vocalis est, quæ per se vocem facit. Consonans, quæ cum vocali sonat: H, nec est vocalis, nec consonans, sed aspirationis nota. Semiuocalis est imperfecta vocalis. Muta est, quæ respectu bene sonantium exiguum vocem habet. Liquida est quæ post mutam posita in eadem syllaba fluit, & quasi interit, ut Atlas, patris, Tecmessa, cycnus. Duplex consonans est, quæ pro duabus literis ponitur. Sunt gutem tres duplices, x, z, & i, posita inter duas vocales in dictione simplici, ut pax, pro paci: rex, pro regi: gaza, pro gassa: aio, pro aiio.

A ij

De syllaborum
 Postea ceterorum dicitur ab facie dicitur propositio. **TABVLÆ**
 Quilibet syllaborum ad fere dicitur
 Non dicitur ab aliis dicitur quia
 primarii et interius sunt per se possunt
 et non solum autem primam et ultimam
 sequentem etiam dicitur prout habet
 syllabas quam deo. **Mono syllabæ**

Monosyllaba	Syllabarum	alia brevis	vt.	{ Deus sancti patre
		alia longa		
		alia communis		
Syllabarum	alia prima	vt.	{ be- a- tus.	
	alia media			
	alia ultima			

In secundam Tabulam adnotatiuncula.
 Syllaba est comprehensio literarum consequens sub uno
 accentu et uno spiritu prolata.

Monosyllabæ dictiunculae inter ultimas syllabas ha-
 bentur.

DE PRIMÆ SYLLABÆ
 quantitate cognoscenda,
 Tabula tertia.

Prima syllaba quanti- tas cognoscitur modis octo,	Positione, ut carmen.
	Diphthongo, ut aurum.
	Præpositione, ut edisco.
	Compositione, ut fero, perfero.
	Vocali ante yocalem, ut Deus.
	Derivatione, ut amabilis, ab amo.
	Regula, ut laui lotum.
	Exemplo, ut Vina parant animos.

In tertiam Tabulam adnotatiuncula.
 Positione, diphthongo, regula, et exemplo non primæ
 solum syllabæ, sed etiam mediae cum ultimis cognoscun-
 tur. Positione syllaba producitur. Positio fit, quotiescumque
 vocalem consonantes sequuntur, vel una duplex,
 siue in eadem dictione, siue in diversis: ut doctus, axis,

gaza, maior, ille. Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. Tres autem hinc sunt exceptiones. Prima, Qum breuem natura vocalem muta & liquida ambæ in eadem syllaba posite, sequuntur, ea non necessario sit longa, sed modo naturalem retinens quantitatem corripitur, modo producitur: ut pater, natura primam breuem habet. Virg.

Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. Obliguerò casus eius ob mutam cum liquida primam commis-
nem habent. Idem, Albanique patres, Idem, Hac cele-
brata tenuis sancto certamina patri. Secunda, X & Z, non
producunt vocalem breuem in fine præcedentis dictionis
positam. Lucanus, Tales fama canit, timidum super aequo-
ra Xerxem. Virgilius, Iam medio apparet fluctu nemoro-
sa Zacynthos. Tertia exceptio, S nonnunquam euaneſcit,
ita ut positionem non faciat. Tum in fine: Lucretius, Ar-
boribus veteres decidere falcibus ramos. quod nobis imi-
tandum non est. Tum in principio: Horatius, Linquimus
insani ridentes præmia scribere. Diphthongus est connexio
duarum vocalium in eadem syllaba vim suam retinetum.
Hac autem syllaba queuis producitur, nisi in latina dictio-
ne vocalis subsequatur. Maro, Stipitibus duris agitur sudib-
usue præstis. Diphthongi sunt quatuor apud Latinos, ve-
etas, aurum, euge, calum. Additur a nonnullis quinta, ut
fonteis pro fontes. Utimur ex diphthongo Gracorum im-
propria yi, ut harpyia.

Præpositio in compositione suam retinet quantitatem,
nisi positio fiat, aut vocalē uocalis sequatur, ut abdu-
co, deamo.

Secunda.

Diphtongus
autem
consonans
breves
sunt
Coca
in natura
longior
in factio
dictione
Tertia
Quod si re dicitur
la ligando
toci
dictione
me faciat
viro hoc
dicimus
ut potius non opinio quam
mutemus

TABVLÆ

<i>Hæ præpositiones</i>	<i>corripiuntur:</i>	<i>Ab, ut Abeo.</i>
		<i>Ad, ut Aduro.</i>
		<i>In, ut Ineo.</i>
		<i>Ob, ut Obambulo.</i>
		<i>Per, ut Pereo.</i>
		<i>Re, ut Repono: præter Reiicio, &</i>
		<i>Refert, pro interest vel distat,</i>
		<i>quod compositum dicitur ex no-</i>
		<i>mine res, & fert.</i>
		<i>Sub, ut Suborno.</i>
		<i>Super, ut Superaddo.</i>
<i>Hæ præpositiones</i>	<i>producuntur:</i>	<i>A, ut Amitto. Aperio corripit a: sed</i>
		<i>hoc aiunt copositum ex ad, & pario.</i>
		<i>De, ut Deduco.</i>
		<i>Di, ut Diligo. Excipitur Dirimo</i>
		<i>& Disertus.</i>
		<i>E, ut Egero.</i>
		<i>Prae diphthongon habet, ut prædiues.</i>
		<i>Se, ut Secubo.</i>
<i>Pro, in Latinis producitur, ut</i>		<i>Profero,</i>
		<i>Propono,</i>
		<i>Prodo.</i>
<i>Corripitur in multis, que an magis sint ex Procul vel</i>		
<i>Prope composita, iudicent Etymologici: Pronepos, Profu-</i>		
<i>go, Profugio, Profugus, Profugium, Profanus, Profano,</i>		
<i>Proficiscor, Procio, Procello, Procella, Profiteor, Profan-</i>		
<i>dus, Profestus, Profor, Profectò aduerbium, Proterius.</i>		

Variantur in his,

Propino, Procurro, Profundo, Propello, Propago, verbum:
nam nomen pro vite producitur: pro propagine, corripitur.
Compositum prima syllaba quantitatem tibi indicat hoc modo: Si nescis quata sit prima dictionis simplicis, ea componere, et accentum perpende: ut Potens, impotens: Clarus, praeclarus: Seco, reseco: Spiro, aspiro. Si dictio coposita fuerit tetrasyllaba, fac eam redigas in trisyllabam, si potest hoc fieri, ut Fodio, perfodio, perfodis: Fugio, configlio, configis:

Finio, definio, definis: Munio, communio, communis.

Compositum sequitur simplicis regulam, diphthongo etiam aut vocali mutata: ubique tamen obseruabis regulas Positionum, et vocalis ante vocalem.

Hinc demuntur nomina a Dico, composita, Causidicus, Maledicus, &c. An nubo Innuba et Pronuba: Con-nubium variatur: Nihilum ani, et hilum, producitur: Nihilum simplex corripitur. Demuntur quoque Comitium, Peiero, Deiero, Agnitus et Cognitus.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus corripi-tur, ut Deus, Pius. Excipitur Fio, quod vocalem ante vocalem producit: nisi et subsequantur, ut fierem, fieri. Ohe, primam communem habet. *Marialis lib. 4, Ohe iam satis est, ohe libelle. Sunt qui idem de Aha et Vaha opinentur. Aer et Diuus ex Grecis sunt, (aer, dios,) et producitur. Caius, cum sit trisyllabum, et Cai, disyllabum, producunt a, ante i, vocalem factam ex consonante.*

Deriuativa dictio, si literatura non mutetur, plerumque retinet quantitatem primitiæ, ut Amabilis, primam

Compositum sequitur

Dictio composita est modus quinque. Et secundum Imperio, in positio-
tum discipiunt ut compvisa nomina a dico et nubo vocis que dictio quae continet continuum. tam

Vocales ante

Quia est regula qua permittitur. Secunda quantitas est quod non. Tertia enim locatio, que permodum ad dictum localem esse visum est. Quarto est latina dictio, etiamen sic cum derivatis quo post, sed non current in. Et quinto

Deriuativa

Deriuativa habent cum eximis quinque. Secunda quantitas est prima. Tercia quoniam dictio unde deriuantur, et sic facit mutationem etiam post eximam localem in prima mutatur quoniam etiam

T A B V L A E

corripit, sicut amo: Clamor, primam producit, sicut clamo.

Si literatura non mutetur, diximus ideo: quia si vocalem non sequatur eadem litera in derivatiua, quae sequatur in primitiua, non est mirandum mutari quantitatem; ut Mobilis & Momentum, primam producunt, quae in

Moueo corripitur.

Sciendum autem est Præterita & Supina sepe discrepare à quantitate verbi principalis, ut Moueo prima corripit, sic & ea quae inde derivantur. Sunt autem subiecta,

Mouebam, mouebo, moue, moueto, moueam, mouere, mouens, à Moueo.

Item, Moueor, mouebar, mouebor, mouere, mouetor, mouer, mouear, moueri, mouendus, & si qua sunt alia.

Mouui autem cum sit præteritum disyllabum, primam producunt, sic & ab eo deducta, ut hæc,

Moueram, mouissim, mouerim, mouero, mouisse, à Mouui. Motum itidem supinum disyllabum, primam longam habet cum suis, quae sunt hæc, & si qua sunt reliqua,

Motus, a, um. moturus, motor, motrix, motio, motus, tuis, tui: motius, à Motum.

Hæc, & quædam alia, à primitiuis brevibus producuntur: Vox vocis, à voco: Lex legis, à lego: Sedes, à sedeo: Regula & Rex, à rego: Tegula, à tego: Laterna, à lateo: Vomer, à vomo: Vena, à venio: Petus, à peto: Remus, à remeo: Rapum, à rapio: Vires, à viro: Vitupero, à vitium & paro: Macero, à macer: Ceritus, à Cerere: Pedor, à pede: Iugerum, à iugo: Gradius, à gradu: Feralis, à ferendo vel fera.

hæc & quædam

IOANNIS MVRMELLII.

Hæc & quædam alia à primitiis longis corripiuntur:
 Dux ducis, à duco: Dicax, Maledicus, Causidicus, à dico:
 Arena & Arista, ab areo: Lucerna, à luceo: Manus, à man-
 no: Sopor, à sopio: Vadū, à vado: Noto, à notu: Nato, à nat-
 tu: Status, à supino statu: item Status, a, um, ab eodem: Sa-
 gax, à sagio: Acerbus, ab adiectivo acer: Siquidem, a si, ex
 quidem: Lotium, à lotu: Vitium, à vito: Fatuus, à fatu.

Hoc et quædam
 Contaracta de supradicti ad monit
 mi ad montis didicim qm ad san
 cunumq; qm ad o m qm ad o
 tium qm ad o decendant pemi
 tam em qm ad o et cooptam

Legible quæque

REGVLÆ QVINQVE DAN-

tur ad primam syllabam cognoscendam.
 Prima, Omne præteritum disyllabum primam produ-
 cit, ut Vidi, feci, legi, suasi, iuui, egi.

Bibi, à bibo.	Dedi, à do.
Excipiuntur sex,	Fidi, à findo.
	Scidi, à scindo.
	Steti, à sto.
	Tuli, à fero.

Secunda, Omne præteritum geminans principium, pri-
 mam corripit, ut Momordi, totondi, fefelli, pepuli.
 Tertia, Ceterorum præteritorum rata est prima, quan-
 ta præsentis: Amaui, primam corripit, sicut amo: Clama-
 ui, primam producit, sicut clamo.

Cœgi, à cogo.	
Genui, à gigno.	
Excipiuntur quatuor,	Posui, à pono.

Potui, à possum.

Quarta, Omne supinum disyllabum, primam produ-
 cit, ut Potum, risum, motum, lusum, esum, rasum, statum:
 tametsi quidam, contra Prisciani sententiam, male credant
 hoc primam corripere, quod arguunt composita, constatum,
 præstatum, medium producentia.

B

T A B V L Æ

Citum, à cieo, secundē coīugationis.	
Datum, à do.	Itum, ab eo.
Excipiuntur nouem,	Litum, à lino. Quitum, à queo.
	Ratum, à reor. Rutum, à ruo.
	Satum, à sero. Situm, à sino.

Quinta regula, Bi & Tri, in compositione corripiuntur, ut Biceps, Bidens, Biuum: Triceps, Tricorpor, Tricuspis, Tridens, Trinium.

Exemplo cognoscitur quantitas, quoties ad probati poetae confugimus authoritatem: ut si dubites quanta sit prima in Saturno, poteris ex illo Nasonis fieri certior,

Postquam Saturno tenebrosa in tartara missa.
Poëtas tibi censemus imitandos potissimum, qui nec sunt nimis vetusti, nec post exactas Italia Musas exorti, praeter eos qui diuino prædicti ingenio, & singulari erudititione nobilitati, proxime videntur ad antiquos, eosque probatissimos, accedere.

Ex Heroicis maximè sunt imitandi, Virgilius, Lucanus, Papinius, Silius Italicus, Valerius Flaccus, Claudianus. His addo ex recentioribus, Angelum Politianum, Baptistam Mantuanum, & Franciscum Picum: quorum medius sua sapientia est licentia. Licet his etiam adiungere Iouianum Pontanum.

Tragicorum, qui Latine scriperunt, solus extat Seneca, tum sententiærum grauitate, tum carminum varietate iucunditateque legi dignissimus.

IOANNIS MVRMELLII.

6

Ex Elegiographis,

Albius Tibullus, Aurelius Propertius, Ouidius:
et interiuniores famigerati, Faustus Andrelinus, Lodo-
uicus Bigus, Pamphilus Saxus, et alij permulti.

Ex Lyricis,

Horatius, Catullus, Boëtius, Prudentius, Marullus,
Pontanus, Crinitus, Philephus, et reliqui.

Ex Satyrographis,

Horatius, Persius, Iuuenalis.

Ex Epigrammatographis,

Catullus, Martialis, Ausonius, Prosper, Baptista Ma-
tuhanus, Pamphilus Saxus, Pontanus, et ceteri.

Ex Bucolicis,

Virgilius, Calpurnius, Nemesianus, Petrarcha, Boc-
catius, Baptista Mantuanus, Faustus, Geraldinus.

DE MEDIÆ SYLLA-

bæ quantitate cognoscenda,

Tabula quarta.

De Media syllabe

Quoniam syllabæ unum continet non
me nec variare ut sit ostendit
quodmo disjunctus est ab aliis
quoniam syllaba media est
dictione

Positione: vt. amantes.

Diphthongo: vt. longæus.

Productio: vt. fortuna.

Accentu: Quam accentu.

Correpto: vt. tabula.

Diminutione: vt. amicorum, amicus.

Vocali ante vocalem: vt. filius.

Deriuatione: vt. felicior, à felici: simulacrum,

à simulatu.

Regula: vt. omnipotens.

Exemplo: vt. Castaneæque nuces.

Phœbe salubris ades.

B ij

Accentus cognoscitur

continuum ratio hic consideranda
ut quo sit tempus ponuntima
accutus sed si confectus
contra ut quo locutus
fuerit in accountus accountus
in ante ponuntiam

Dunt

Voc fit propter antiquam
rationem que sequitur
notis et non dictio subi-
tum pro codice dictio habet
continuum in ultimam

T A B U L A E

In Quartam Tabulam adnotatiuncula.
Accentu cognoscitur penultima syllaba: quæsi vel ac-
citur, vel circunflectitur, longa est: ut Doctiores, Ro-
manus. Si autem grauatur, breuis: ut Dominus. Exci-
piuntur Dénide, exinde, périnde, próinde, súbinde, exá-
uersum, aliquando, síquando, nímirum, dúntaxat, enim
nero, & id genus reliqua: in quibus (ut grammaticorum
plerisque, iisque non parua authoritatis, usum est) antepen-
ultima acutur. tametsi longa sit penultima, ne scilicet bi-
næ dictiones videantur. Addunt quidam ex autoritate
Gelli. Quiesco, quod sanè permulti pronuntiant, sicut Ca-
leco, calefacis, frigefacis, & id genus alia. Item, Vtraque
& Pleraque nominativi & accusatiui casus, breuem pe-
nultimam accidunt.

Diminutione media syllaba cognoscitur, maximè an-
tepenultima, cum detracta syllaba sit penultima, & sic in-
notescit accentu, ut Amicorum, producit antepenultimam,
cum Amicus producat penultimam.

Vocalis ante vocalem in Latinis corripitur, ut Filius, te-
nus, castanea. Hinc sunt quatuor exceptiones.

Prima, In genitiis & datiis quintæ declinationis e
inter duo ii producitur, ut Diei.

Secunda, Genitiui in ius, diuisas syllabas, communem
habent penultimam in versu, ut Illius, unius. Sed aliis sem-
per longam, Alterius (praterquam apud Terentium) sem-
per breuem habet.

Tertia, Aulai, terrai, pictai, animai, & id genus ge-
nitii, penultimam producunt.

Quarta, Possessua in eius, eia, eium, antepenultimam longam habent, ut Priameius, Aeneius, Cybeleius, Rhodopeius. Item Confio, defio, & defiocularis apud Martiale, ut quibusdam placet, vocalem ante vocale producunt. Sic Popei & Vulpoi vocatiui, quando diæresim admittunt. Info & Suffio, ut tradit Aldus Manutius, mediæ corripiunt.

Derivatione cognoscitur media syllaba, si quanta sit in primitivo, consideraueris. Nam si nescias cto, in Victorinus quanta sit: item sti, in Iustinianus, cognosces ex Victoris & Iustinus primitiuis, in quibus cto & sti producuntur. Eodem modo si nescias Venereus & Hectoreus, quantam habent antepenultimam, cognosces ex Veneris & Hectoris primitiuis, in quibus ne & cto corripiuntur: quod accetus facile ostendit.

Item hæc antepenultimam longam habent.

Amabilis, ab amatum:	Delebilis, à deletum:
Volubilis, à volutum:	Errabundus, ab erratum:
Vagabundus, à vagatum:	Sitibundus, à sititum.

Hæc penultimam:

Lauacrum, à lauatum: Simulacrum, à simulatum: Ambulacrum, ab ambulatum: Inuolucrum, ab inuolutum: Volutabrum, à volutatum: tametsi licenter hoc multi antepenultima correpta protulerint.

Verecundus, à vereris: Aratrum, Candelabrum, & Delubrum, Manutius & alijs quidam putat penultimam producere, quia apud poëtas nunquam leguntur penultima breui. Aratrum tamen quidam putant corripere penultimam, quia Græcè ἀποτελεῖ, o paruo scribitur. Alij deducunt à supino volunt, ideoque apud poëtas semper legi

penultima longa. Hinc Sulpitius in Nestorem,

Vis aratrum Nestor, non vis (quo dignus) aratrum:

Esse arator qui vis, verus arator eris.

Candelabrum tametsi producatur à Martiale ratione muta cum liquida: meo tamen iudicio penultimam corruptam habet, cum non deriuetur à supino, ut volutabrum, sed à nomine candela, cuius ultima breuis est, nisi sit ablative casus. Sed quām frigida sit hæc ratio, docent Statuarius à statua, Molaris à mola, Gallinaceus à gallina. Liberum igitur sit super hoc volētibus opinari. Delubrum apud poëtas ferè producitur, de cuius vocabuli origine vide Macrobius lib. Saturnium tertio. At si verum est quod Festus Pompeius tradidit, Delubrum dicebant fūtem delibratum, hoc est decorticatum, quam venerabatur pro Deo: rectè medianam eius vocabuli contraxit Crinitus libro poëmatum 2, Sacris receptus delubris. Est enim versus dimerter iambicus. Regulis pluribus mediae syllabæ cognosci possunt: sed si à Latino præceptore rectè didiceris & Nomina declinare & Verba, super eorum clementis, & penultimarum vel extensione vel contractione, nunc tibi regulas tradere superfluum est. Proinde da operam, ut in ludo literario sub optimis præceptoribus bene instituto, puro sermoni Romæ urbis vernaculo insuescas, ne stultè magistris militans sub barbaris, linguam tenellam polluas stribilagine. Si igitur hac regula contentus:

I, in compositione ita medium, ut priorem partium componentium terminet, corripitur: ut Agricola, ensifer, magnificus, artifex, multiuolus, omnipotens.

Excipiuntur hæc, in quibus i producitur,

Tanticunque, Tantidem, Quanticunque, Qualicunque, Vnicuique, Cuius, Cuilibet, Cuidā, Vtrique, Cuiquam, Cuinam, Cui- piā, & similia. Plerique, Tibicen, Ibidem, Vbi que.
--

In his autem modò producitur, modò corripit.

Vbicunque, Quotidie, Quotidianus, Meridies, Meridior, Pridie, Postridie.

M E D I A E S Y L L A B A E C R E
 mentis, præcipue Verborum, Nominum, Pro-
 nominum, & Participiorum
 cognosci possunt.

Crementum verbi est, ubi exceditur secunda persona singularis numeri præsentis temporis, Indicatiui modi, actiue vocis: quæ si deest, ostenditur qualis foret, ut Amamus, oscularis.

Annotatio.

Vocalis in primo cremento est, quæ erat secundæ perso- na ultima: reliquæ in secundo cremento esse dicuntur.

De Verborum Crementis Regulae.

A, in omni cremento producitur, ut Amamus, legebamus. Excipitur in primo cremento Do das, cum suis compo- sitis primæ coniugationis.

E, in utroque cremento producitur, ut Amemus, ama- remus, docemus, legebam, nisi postponatur r: tunc enim corripitur omne præsens tertiaæ coniugationis, ut Legor, le- geris, legere, legeremus, legerem, cui simile est Præteritum imperfectum Subiunctiui.

MILL TABVLÆ

Re, ante *re vel ris* producitur, ut *Legereris*, *vel legerere*.

E, ante *ram, rim, ro* corripitur, ut *Amaueram*, *legeram*, *legerim*, *legero*, &c.

Beris, *vel bere*, corripitur, ut *Amaberis*, *amabere*. Cætera producuntur, ut *Steterunt*, *legerunt*.

I, in primo cremento verborum quartæ coniugationis semper producitur, ut *Audimus*, *auditis*, *audirem*, *audi-re*: *ibam*, *ibo*, & alia.

Producitur item *i*, ante *ui*, in omni præterito.

Imus corripitur in omnibus præteritis, ut *Venimus*.

Rimus & *ritis*, à quibusdam licenter producuntur in præterito *Subiunctiui*.

Produc *Nolito*, *velito*, *velimus*, *velitis*, & *simus*, *sitis*.

O producitur in cremento, ut *Amatote*: *V* verò corripitur, ut *Volumus*, *nolumus*.

Crementum Nominis, Pronominis, & Participij, est excessus obliqui in syllaba vel syllabis, supra nominativum eiusdem numeri.

De Clementis Nomínium Regulæ.

A, E, & O, semper producuntur in cremento plurali, ut *Musarum*, *rerum*, *dominorum*.

I & V, corripiuntur, ut *Artibus*, *artubus*.

Annotatio.

Nullum est crementum singulare in Prima declinatio-ne nec in Quarta, præterquam in datiuo, ubi est vocalis ante vocalem, sic quoque in Quinta.

In secūda declinatione unicum producit penultimā genitiui, Iber, Iberi: sic Celtiber, Celtiberi.

CREMENTA NOMINVM

tertiae declinationis multa ac varia.

A, corripitur in cremento, ut Poëma, poëmatis,

O, producit onis, ut Carbo, carbonis. Excipiuntur Brito, Britonis: Macedo, Macedonis: Saxo, Saxonis: Vangio, Vangionis.

Inis, ab O, corripitur, ut Virginis, cardinis, &c.

Enis producitur, ut Anienis, Nerienis.

Halec, Halecis, penultimam producit: sic Dauid, Dauidis: At Bogud, Bogudis corripitur.

Nomina in l, producunt penultimam in cremento, ut Animal, animalis: Michaël, Michaëlis: sol, solis: sil, silis. Excipe sal, salis: mugil, mugilis: strigil, strigilis: pugil, pugilis: vigil, vigilis: consul, consulis: exul, exulis: præsul, præsulis: Hannibal, Hannibalis: & alia propria viorum nomina.

En, Inis, corripitur, ut Nomen, nominis: pecten, pectinis. At Enis, producitur, ut Splen, splenis: ren, renis: siren, sirenis.

De Nominibus in On, vix dari potest certa regula: nam multa producuntur, ut Babylon, Babylonis: Simon, Simonis: Sidon, Helicon, Solomon vel Salomon, Solon, Simon, Endymion, Causon, Dolon, Triton, Agon, Pyton, & reliqua.

Multa ē cōtrario corripiuntur, ut Canon, canonis: dæmon, dæmonis: Lacedæmon, Gorgon, gnomon, Amazon,

TA B V LÆ

Agamemnon, Palæmon, Actæon, Iason, Ixion, Phylemon, Sarpedon, &c.

Aris, ab ar, producitur, ut Calcar, calcaris: torcular, torcularis, &c. Tolluntur Par, impar, compar, dispar, lucar, nectar, iubar, lar, Arar, Cæsar, & id genus proprius.

In Er, corripiunt eris, ut Anser, anseris: mulier, mulieris: carcer, carceris: cadasuer, cadasueris: &c. Excipe ver, veris: Iber, Iberis: crater, character, stater, clyster, ser, & multa alia Græca eris producentia.

In Or, producunt oris: ut Amor, amoris: victor, honor. Excipiuntur arbor, arboris: memor, æquor, tricorpor, Antenor, Hector, Castor, rhetor, marmor, habentia eris penultima breui. Ador, adoris, penultimam habet communem.

In Vr, corripiunt uris & oris, ut Guttur, gutturis: ebur, eboris, &c. Excipe furis à fur priori longa.

As, atis, extenditur, ut Pietas, pietatis: ciuitas, ciuitatis. Demuntur Anas, anatis: mas, maris: vas, vadis, & Græca facientia adis in genituo, lampas, lampadis, &c. Vas, vasis, priorem producit.

Es corripit penultimam genitini, ut Limes, limitis: diues, diuitis: paries, parietis: hebes, hebetis: & pleraque alia. Producuntur vero Locuples, locupletis: quies, quietis: merces, mercedis: hæres, hæredis: & Græca mittentia genitium in etis, ut Lebes, lebetis: magnes, magnetis: tapes, tapetis, &c.

In is, habentia idis, corripiunt penultimam genitiui,

ut Lapidis, cuspidis, & alia tam Græca, quam Latina: præter crenis: nesis, nesidis: psophis, psophidis. Sed quæ habent itis, producunt, ut Dis, Ditis: Samnis, Samnitis: lis, litis: quiris, quiritis: & Græca in is & in desinentia, ut Adelphis, vel delphin, delphinis: Salamis, vel Salamin, salaminis, &c. Item glis gliris, producitur.

Os, in obliquis penultimam producit, ut Neros, nepotis: os, oris: flos, floris: custos, custodis: Minos, Minois: Tros, Trois: heros, herois. Tria corripiunt, Bos, bouis: compos, compotis: & impos.

Vs, penultimam genitiui corripit, ut Stercus, stercoris: frigus, frigoris: munus, muneris: Venus, Veneris: grus, gruis: pecus, pecudis: pecus, pecoris: intercus, intercutis: Ligus, Liguris: ædipus, ædipodis: tripus, tripodis: & mille alia.

Comparativa producuntur, ut Melioris, peioris. Item hæc, Palus, paludis: incus, incudis: subscus, subscudis: virtus, salus, iuuentus, senectus, seruitus. Et quæ habent vris, Pus, puris: plus, mus, ius, rus, thus, tellus.

Nomina in bs & ps, breuiant penultimam genitiui, ut Scrobs, scrobis: chalybs, chalybis: lælaps, lælapis: æthiops, æthiopis: cælebs, cælibis: princeps, principis: forceps, forcipis: anceps, ancipitis, & reliqua. Porriguntur cyclops, cyclopis: hydrops, cercops, europs, conops, & seps sepis, pro serpente.

In ax, producunt acis, ut Pax, pacis: edax, edacis. Breuiantur Fax, facis: ab ax, pharnax, similax, styrax, dropax, atrax, candax, panax, storax, colax.

TA B V L A E

In Ex, corripiunt vocalem in cremento, ut Index, indicis: culex, culicis: grex, gregis: senex, senis: supellebilis: remex, remigis, & alia. Sed producuntur vibex, vibicis: vernex, veruecis: lex, legis: myrmex, myrmecis: halex, halecis.

In Ix, producuntur, ut Radix, radicis: felix, felicis, &c. Excipiuntur hæc penultimam breuiantia, Appēdix, appendicis: coxendix, pix, larix, illix, salix, philix, cilix, mastyx, varix, natrix, calix, fornix, nix, niuis, elix.

In Ox, extenduntur, ut Vox, vocis: velox, velocis. Excipiuntur Cappadox, cappadocis: præcox, præcocis: Allobrox, Allobrogis.

In Vx, corripiuntur, ut Crux, crucis: dux, ducis: coniux, coniugis. At producuntur Lux, lucis: frux, frugis: pollux, pollucis.

In Yx, contrahunt penultimam, ut Phryx, phrygis: styx, stygis: eryx, erycis: ceryx, onyx, sardonyx. Tolluntur hinc Bombyx, bombycis: sandix, sandicis: bebryx, bebrycis penultima communi.

Pronomina & Participia sequuntur cremenāta nominum.

D E V L T I M A E S Y L L A B A E
quantitate cognoscenda, Tabula quinta.

Vltima syllaba quatuor modis cognoscitur, Positione: vt, sapiens.
Diphthongo: vt, Musæ.
Regula: vt, ama.
Exemplo: vt, Huc ades ô formose puer.

In quintam Tabulam adnotatiunculæ. Quindecim regulis vltima syllaba cognoscitur: quarum octo producuntur, sex corripiuntur, una fit communis.

	<i>A, ut ama.</i>
	<i>C, ut dic.</i>
	<i>I, ut magistri.</i>
<i>Producuntur</i>	<i>N, ut Titan, en, quin, canon.</i>
	<i>As, ut ciuitas.</i>
	<i>Es, ut dies.</i>
	<i>Os, ut flos.</i>
	<i>V, ut manu.</i>
	<i>B, d, m, t: ut ab, ad, militum, caput.</i>
	<i>E, ut mare.</i>
<i>Corripiuntur</i>	<i>L, ut animal, mel, pugil, consul.</i>
	<i>R, ut Cæsar, per, vir, amor, turtur.</i>
	<i>Is, ut ignis. Vs, ut deus.</i>

O modò producitur, modò corripit, ut Amo, virgo.

Hæc quod facilius memoriae commendentur, hoc distichon apposui:

Produc da, sic, mi, pan, en, quin, non, pietas, res,
Flos, fructu: medium est o: cætera contrahe lector.

Verum singulatum hæc reperamus, ut exceptiones innotescant.

Prima Regula.

A finita producuntur, ut Ama, contra, præterea, à
poëta, à musa.

Tres hinc sunt exceptions.

Prima, Nominatiui, accusatiui, & vocatiui in a cor-
ripiuntur; ut, hic & ô poeta, templa, carmina: præter voca-
tiuos à nominatiuis Græcis in as, ut ô Ænea: & Græca in
a productum, ut Nemea, Tegea.

Secunda, Numeralia in ginta communem habent ul-
timam, ut Triginta, quadraginta, quæ tradunt quidam
rectius produci.

III TABVLAE

Tertia, Puta, aduerbium, ita, quia, corripiuntur.

Addunt quidam eia, Probo authore.

Secunda Regula.

C, finita producuntur, ut Dic, duc, halec, illuc, istuc.

Exceptiones duæ.

Prima, Nec, donec, lac, & hoc, nominatiui vel accusatiui casus corripiuntur.

Secunda, Fac & Hic pronomen, communia sunt.

Tertia Regula.

I, finita producuntur, ut Dei, amari, dixi, vesperi.

Exceptiones tres.

Prima, Dativi & vocatiui in i, quorum genitiuus singularis in os, correptam apud Graecos desinit, corripiuntur: huic Palladi, Minoidi, o Phylli, Alexi. Interdum tamen eiusmodi Dativi leguntur ultima longa.

Secunda, Nisi & Quasi corripiuntur.

Tertia, Mihi, tibi, sibi, cui disyllabum, ubi & ibi, ultimam communem habent. Moly desinens in ypsilon, corripit ultimam.

Quarta Regula.

N, finita producuntur, ut Titan, hymen, en, quin, delphin, dæmon, canon.

Exceptiones tres.

Prima, Forsan, forsitan, tamen, attamen, in, cum compositis, ut Dein, exin, proin, vidén', an, corripiuntur.

Secunda, Neutra & masculina in en, habentia in is in genitiuo, corripiuntur, ut Nomen, carmen, gramen, pecten, tibicen, flamen.

Tertia, Nominatiui, accusatiui, & vocatiui Graeci

in on, pero paruum, ut Pelion, Ilion, Pylon, cantharon, corripiuntur. Item accusatiui in in, ut Alexin, Daphnin. Et in an, à nominatiuis in a, ut Iphigenian, Æginan. Nā à nominatiuis in as producuntur, ut Æneā, Borean.

Quinta Regula.

As, finita producuntur, ut Ciuitas, musas, amas.

Exceptiones due.

Prima, Nominatiui in as, quorum genitiuus in dos de-
sinit, corripiuntur, ut Pallas, lampas, arcas.

Secunda, Accusatiui Græci in as, eorum nominum quæ
per os mittunt genitium, corripiuntur, ut Aonas, heroas,
Garamantas, rhetoras.

Sexta Regula.

Es, finita producuntur, ut Vulpes, fraudes, doces, le-
ges, audies.

Exceptiones tres.

Prima, Corripientia penultimam genitiui crescētis cor-
ripiuntur, ut Diues, miles, seges: præter Aries, paries, abies,
ceres, fides, res, pes, & spes, quæ producuntur.

Secunda, Nominatiui Græci plurales in es corripiuntur,
ut Arcades, Thraces.

Tertia, Es, à Sum, cum compositis, Potes, ades, & reli-
quis: penes, hippomanes, cacoëthes, corripiuntur. Es verò ab
edo, producitur differentia causa. Inquies, Probus & Pri-
scianus dicunt corripi: sunt qui produci magis autumant.

Septima Regula.

Os, finita producuntur, ut Dos, honos, magistros.

Exceptiones due.

Prima, Os, ossis, cum composito Exos, corripitur.

Secunda, Græca in os, pero paruu, corripiuntur, ut Delos,

TA B V LÆ

Ilios, chaos, Pallados, Orpheos, Tereos, Aeneidos.

Octaua Regula.

V, finita producitur, ut Fluctu, manu, tu, diu, amatu, dictu. Excipiuntur, ut grammaticis placet, neutra, quæ corripiuntur in nominatiuo, accusatiuo, vocatiuo, ut Genu, cornu, gelu.

Nona Regula.

B, d, m, t, finita corripiuntur, ut Ab, ad, militum, caput.

Excipiuntur in quibus facta est syncopa, ut Fumat, profumauit: obit, pro obiuit.

Decima Regula.

E, finita corripiuntur, ut Cubile, mille, forte, scribere, lege, pene, rite, facile, pone, impune.

Exceptiones quinque.

Prima, Græca in e, longum producuntur, ut Musice, ô Anchise, mele, cete, tempe.

Secunda, Genitiui, datiui, & ablatiui quintæ declinationis producuntur, ut Die, fide, fame.

Tertia, Imperatiua singularia secundæ coniugationis producuntur, ut Doce, mane.

Quarta, Monosyllaba, ut Me, te, se, de, producuntur: præter encliticas coniunctiones, ne, que, ve.

Quinta, Aduerbia in e, rectè formata à datiuo in o, producuntur, ut Bellè, pulchrè, cautè: sic valde, fere, & ferme. His additur ohe interiectio. Male verò corripitur, sicut Bene.

Vndecima Regula.

L, finita corripiuntur, ut Tribunal, mel, vigil, consul.

Exceptiones duæ.

Prima, Pol, sol, & nil, producuntur.

Secunda, Barbara in el syllabam, producuntur, ut Michaël, Daniel. Regula duodecima.

R, finita corripiuntur, ut Lacunar, imber, vir, calor, murmur, martyr.

Exceptiones tres.

Prima, Lar, far, nar, ver, cur, fur, par, cum compositis, compar, impar, & reliquis, producuntur.

Secunda, Cor, commune est.

Tertia, In er, à Græcis in np, id est, er longum, producuntur, ut Aér, crater, character, æther, & id genus alia: præter Pater & mater, quæ semper ultimam contrahunt, tametsi à Græcis veniant.

Regula decimatertia.

Is, finita corripiuntur, ut Ignis, paris.

Exceptiones septem.

Prima, Datiui, & ablatiui, & accusatiui plurales in is producuntur, ut Dominis, musis, fontis, vel fonteis, more veterum, pro fontes: treis, pro tres: queis, pro quibus.

Secunda, Producentia penultimam crescentis genitiui, producuntur, ut Lis, sannis, delphis, dis. Tertia, In is, à Græcis in eis diphthongon producuntur, ut Pyrois, Simois.

Quarta, Vis nomen, Vis verbum, & Sis, producuntur.

Quinta, Secundæ personæ singulares in is, quartæ conjugationis, producuntur, ut Audis, dormis. Sexta, Velis, cum cōpositis Malis & Nolis, producuntur. Septima, Secundæ personæ singulares futuri subiunctiui modi, habent ultimam communem, ut Dederis, audieris.

T A B V L Æ

Regula decimaquarta.

Vs, finita corripiuntur, ut *Deus, angelus.*

Exceptiones quatuor.

Prima, Genitiui singulares, & nominatiui, & accusatiui, vocatiuque plurales quartæ declinationis producuntur, ut *Fructus.* Secunda, Producentia penultimam genitiui crescentis producuntur, ut *Virtus, virtutis: Tellus, telluris:* tametsi licenter Horatius *Palus contraxerit.*

Tertia, Monosyllaba in us, producuntur, ut *Ius, thus, plus, mus, grus, sus.*

Quarta, Græca in us, producuntur, ut *Panthus, Sapphus, Amathus.* A' *Pus,* tamen composita etiam corripiuntur, ut apud Horatium *Polypus.*

Regula decimaquinta.

O, finita & corripi & produci possunt, ut *Amo, scribo, amando, virgo.*

Exceptiones quinque.

Prima, Datiui & ablatiui in o, producuntur, ut *Magistro, templo.* Secunda, Monosyllaba in o, producuntur, ut *Do, sto, pro.* Tertia, Græca in o magnum producuntur, ut *Dido, Manto, Io, echo:* præter Ego, quod quidam semper corripi tradunt.

Quarta, Duo & Scio, cum compositis corripiuntur.

Quinta, Ilico, modo, cito, contrahuntur.

D E P E D I B V S M E T R I C I S,
quorum frequentior usus est, Tabula sexta.

Quatuor sunt Pyrhichius duabus breuibus constans vv vt pater.

disyllabi. Spondeus duabus longis -- vt laudes.

Iambus breui & longa v- vt dies.

Trochæus longa & breui. v vt mater.

Pedum quibus sapius vtmur,	tres tri- syllabi, duo te- trasyl- labi,	Tribrachus tribus breuibus vvv ut canitē. Anapaëstus duabus breuibus & longa vv ut lapides. Dactyl. longa & duabus breuibus -vv ut carmina.
		Proceleumaticus quatuor breuibus vvvv ut relegite. Choriambus longa, duabus breuibus, & longa -vv -vv omnipotens.

In Sextam Tabulam adnotatiunculae.

Pes, est metrica constitutio syllabarum. Pedes autem dicti sunt, quia quemadmodum pedibus ingredimur, ita & versus quibusdam quasi pedibus metimur. Ex pedibus in primis Spondeum & Dactylum disce cognoscere, qui tibi maximè usui sunt futuri: Deinde paulatim ad alios perge.

DE VERSV HEXAMETRO,

Tabula septima.

Hexameter versus sex regiones ha- bet. recipit autem in regione	Prima Secunda Tertia Quarta Quinta, solum Dactylum. Sexta, solum spondeum.	Spondeum vel dactylum.
		Scanditur hunc in modum:

Tityre -vv tu patu -vv la recu -vv bans sub -- tegmine -vv fagi --

Sylue -- strem tenu -vv i mu -- sam medi -vv taris a -vv uena --

In Septimam Tabulam adnotatiunculae.

Versus, est metrica pedum constitutio. Dicitur autem versus, quod ab eo ad principium sequentis reuertimur, aut quod tantisper vertendus est, dum recte constituatur.

Hexameter, quod sex regiones (id est, pedum loca) continet: ab εξ, quod est sex: & μέτρον, mensura. Apud poëtas in quinta regione nonnunquam Spondeus inuenitur, sed tibi hoc temerario ausu non est imitandum.

TABVLÆ

Scandi *versus* tum dicitur, cùm in singulos vel binos pedes distinguitur. *Tibi* (ne fallaris) *versus* sunt in singulos pedes distinguendi, tametsi soleant *Iambici* peritis scandi binis pedibus coniunctis.

DE VERSV PENTAMETRO, Tabula octaua.

Pentameter quinque regiones habet: diuiditur autem in duo *Hemistichia*, quorum utrumque duobus pedibus constat, & semipede.

Prīus Hemisti- chium constat,	Duobus Dactylis & semipede, Duobus Spondeis & semipede, Dactylo, Spondeo, semipede, Spondeo, Dactylo, semipede,	-vv -vv - -- -- - -vv -vv - -vv -vv -
	Posteriorius constat duobus Dactylis, & semipede,	

Scanditur hunc in modum:

Sæpe so -vv lent au -- ro - multa sub -vv esse ma -vv la -
Certe -- plus ani -vv mi - debet in -vv esse vi -vv ris -

In Octauam Tabulam adnotatiunculæ.

Pentameter *versus* dicitur, quod quinque pedū regiones habeant: à πέντε, quod est quinque: & μέτρον, metrum.

Hemistichium, dicitur dimidia pars *versus*: ab ἡμίους, dimidius, & ἄρχος, *versus*. *Semipes*, est pedis pars dimidia, & cùm in fine dictionis superat, etiam cæsura dicitur, quod ea *versus* cæditur & diuiditur. Ultima cuiuscunque *versus* syllaba longa sit, an breuis, nihil refert. Vnde bene quidā dixit, Ultima cuiusque est communis syllaba *versus*.

DE VITIIS NOVEM IN *versu* componendo vitandis, Tabula nona.

Vt rectè carmina conficere discas, nouem tibi vitiis sunt diligenter euitanda.

Primum, Illatinitas, { Barbatismus, qui sit in dictione.
cui subiicitur Solœcismus, qui in oratione.

Secundum, Negligentia, sub Superfluitas,
qua continentur Defectio.
Tertium, Ordinis confusio, Quartum, obscuritas.
Quintum, Quantita-
tis incuria, quæ sit bi-
fariam, longam contrahendo.
Sextum, Hiatus, Cùm dictione in vocalem desinente, subsequens à vocali inci-
pit, nec prior vocalis eliditur.
qui sit bifariam, Cùm dictione in m desinente, subsequens à vocali incipit, nec
m cum sua vocali abiicitur.

*Septimum, Inconciinitas. Octimum, Nimirum frequens li-
centiae usuratio. Nonum, Stulta imitatio quorumlibet
versificatorum.*

*Complexi sumus ea his nouem versibus, ut facilius
ediscas:*

Sermonis vitium fuge: dictio ne qua redundet,

Aut desit: rectus seruetur in omnibus ordo.

Ne sis obscurus: ne produc corripienda,

Vel contrà, si vox vocali desinit, aut m,

Subdere vocalem sine perditione prioris

Nolito. versus omni sint parte canori.

Carmine in exiguo ne ponito plura licenter.

Optima quæque tibi propone imitanda, fauebit

Pulcher Apollo tibi, fundent sua dona Camænae.

In Nonam Tabulam adnotatiuncula.

*Illatinitas & barbaries omnis, ut in oratione prosa,
sic & in carmine diligenter evitanda est. Barbarismus,
est contra Romani sermonis legem aut scripta aut pronun-
tiata vitiosa dictio. Solæcismus, est inconueniens Roma-
no sermoni iunctura verborum, contra regulam artis gram-
maticæ posita. Latinè à quibusdam Stribiligo appellatur.
Negligentia maximopere fugienda est in versibus com-
ponendis, ne vel superflua dictiones admittantur, vel*

T A B V L Æ

excludantur necessariae. Per bellè Bigus Pictorius in quen-
dam iocatur hoc tetraстиcho:

Dic mihi, cur ponis toties in carmine, nunc, sed,

Ipse, puer, frater, quippe, profectò, rogo?

Scilicet ut magnum possis absoluere versum.

O' vir præcipua calliditate vafer.

Vitanda quoque ordinis confusio, neque probandum, si quis adiectuum à suo substantiuo, suppositum à verbo, dictionem rectam à regente, aduerbium à verbo nimium separauerit: inepta enim eorum, quæ coniungenda sunt, se-
iunctio, lectoris animum non iuuat, sed offendit. Obscuritas item, & orationis ambiguitas, omni studio est amo-
uenda: itaque studendum breuitati, ne lux vertatur in ca-
liginem. Notans id vitij Flaccus,

- Breuis, inquit, esse labore, Obscurus fio.

Syllabarū quantitates diligēter obseruandas, ne gram-
matici suis utantur censuris, non necessarium est səpius ad-
monere. Hiatus procuratur, euitatürque duabus figuris, Synalœpha & Ecthipsis. Synalœpha fit, cùm in scāsione
versus vocalis in fine dictionis posita, per subsequentē vo-
calem abiicitur: ut, Sera nimis vita est crastina, viue ho-
die. Synalœpha, Græcè συναλοιφὴ, Latinè coniunctio dicitur.
Videtur enim duæ vocales coniungi, & in unam coire.

Ecthipsis fit, quando sequente vocali consonans præce-
dantis dictionis exprimitur cum sua vocali: ut, Monstrum
horrendū ingens. Ecthipsis, Græcè ἐκθλιψίς, interpretatur
elisio vel expressio: vocalis enim successum, cum sua vocali
eliditur. Vnde quidam, Ecthipsis necat m, vocalem aufert

*Synalœpha. Inconcinnitas dicitur, cùm versus minus bene
sonat. Id autem multis accidit modis, cùm eæde vell literæ,
vel syllabæ duriter, asperèque cōcurrunt: ut Carmina man-
ca canis. Casus Cassandra canebat. Sentis periuria gentis.*

O fortunatam natam me consule Rōmam.

Exercet mentes fraternalis grata malis lis.

O Tite tute Tatī tibi tanta tyranne tulisti.

Machina multa minax minitatur maxima muris.

Magnanimæ Thebæ certamina Marte dedere.

Inquæ tuis factis sauis et tristibus dictis.

Improbe amor conuerte animi indignantia habenis.

Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.

Et grauiora rependit inquis pensa quas illis?

Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile.

Nuper quidam doctos cœpit scribere versus.

Tu quod promisti mihi, quod mentita inimica es.

Cynthia cornu, Phœbus spicula, prælia Mauors.

*Vitandum insuper tibi versiculorum genus est, quos
Leoninos vocant: ut,*

Æthiopum terras iam feruida torruit ætas.

Vos vocat infernus, vos deserit ordo supernus.

*Nonnunquam tamen eiusmodi leguntur apud proba-
tos poetas: ut,*

I nunc, et verbis virtutem illude superbis,

Vir precor uxori, frater succurre sorori.

*Adhæc cauendum tibi est, ne in paruo poëmate nimis cre-
bra nō verearis uti licetia. Non enim cōceditur idem rudi,
quod eruditio: nec tyrūculi est tātū sibi arrogare, quātū mi-*

T A B V L Æ

litis vel imperatoris, diu multūmq; exercitati, & iam magna inter militantes autoritate præditi. Verecundus igitur esto, & à nimium frequētibus figuris abstineto. Postremò, Quintiliani iudicio, poëtarum optimi, & statim, & semper legendi sunt, ac imitandi: qui prudenter etiam præcipit, pueros protinus optimo præceptorи tradendos esse: cùm in eluendis, quæ semel infederint, vitiis, difficultas maxima consequatur. Proinde non satis prudenter agunt plerique, qui sciolis & semidoctis literatoribus filiolos suos tradunt imbuendos, apud quos inepti versus Alexandri Galli, Faceti, & Alani, & alia pleraque, quæ barbariem olenit, infelicibus discipulis præleguntur. Sunt etiam non minus stulti, qui cubiculariis magisterculis liberos suos committunt, qui viginti, triginta ve pueris, dissimili præditis ingenio, profectuque longè distantibus, eadem prælegunt & inculcant: nullius rei perinde, ac sui quæstus habita ratione. Barbaries horum domesticos intra parietes obganniens, & in doctissimum quenque imprudenter deblaterans, quam teneris puerorum linguis noeat, quantumque mollis eorundem indulgentia bonis moribus officiat, quis breui sermone posse explicare?

D E T R I B V S M E T R O R V M

Generibus, quibus tyrunculi primūm sunt
exercitandi, Tabula decima.

Tria metrorum genera, puerorum exercitatio-
ni sunt in primis con-ducibilia:

Adonium, constans Dactylo & Spondeo.
Archilochium Dactylicum dimetrum hypercatalecticum, constans duobus dactylis & syllaba.
Partheniacum anapæsticum dimetrum catalecticum, constans anapæsto vel spondeo, & anapæsto: vel spondeo, anapæsto & syllaba.

In decimam Tabulam adnotatiunculae.

Assuecant tyrunculi brevioribus versiculis compo-
nendis, antequam versus Hexametros, Pentametrosque
aggrediantur: ut ita paulatim, gradatimque in Helico-
nis altum cacumen euadant. Ut enim mihi liceat poëtae
versum prima dictione mutata usurpare, Cantandi stu-
dio paulatim longius itur. In primis igitur Dactylo &
Spondeo cognitis, Adonios ludat, cuiusmodi sunt illi apud
Seuerinum Boëtium,

Nubibus atris Condita nullum

Fundere possunt Sidera lumen.

Et apud Martianum Capellam,

Virgo peritæ Praevia fortis

Quæ potuisti Scandere cælum.

Quem nos in Caroleiis imitatis sumus illo carmine,

Optime princeps, Dilige toto Pectore doctos.
Deinde incipiat Archilochios, dactylicos, dimetros, hy-
percatalepticos modulari, cuiusmodi apud Horatium,
Arboribusque comæ. Et hi nostri sunt, quos ex tem-
pore subiecimus,

Dulcia Pieridum Carmina disce libens.

Arribus ingenuis Nocte dieque vaca,

Quo tibi perpetuo Surgat honore decus.

Discat item componere mistis Dactylis & Spondeis he-
mestichia, cuiusmodi paßim lectitandis poëtis occurrunt.

Postea versetur in Anapæsticis concinnandis, cuius gene-
ris apud Boëtium sunt,

Felix nimium prior ætas Contenta fidelibus aruis,

T A B V L Æ

Nec inerti perdita luxu.

Et apud Capellam,

Caput artibus inclyta virgo Cui pāditur aula tonātis,
Merito tibi subditur orbis, Rationibus antē repertis.

Quem imitatus sum in Caroleiis,
Generose pericula princeps Animo superato potenti.
Gere fortiter ardua bella.

Vbi diligenter his fueris exercitatus, in promptu tibi
versus erunt, tum Hexametri, tum Pentametri. Nam si
coniunxeris Archilochium cum Partheniaco, Hexame-
trum habebis: ut, Moribus ingenuis felix nimium prior a-
etas. Si duos Archilochios connexueris, erit Pentameter:
ut, Dulcia Pieridum carmina disce libens. Artibus inge-
nuis nocte diéque vaca, Quo tibi perpetuo surgat honore
decus. Si subieceris Archilochio Adonium, fiet versus
Alcmanius dactylicus tetrameter hypercatalecticus: cu-
ius generis est apud Boëtium libro primo,

Cogitur heu stolidam cernere terram.

Si inter archilochium & adonium, semipedē & pe-
dem interieceris, fiet Hexameter: ut,

Cogitur heu stolidam mortalis cernere terram.

O quam glorifica sacra virgo luce coruscas.

Artibus ingenuis incumbito nocte diéque.

Rursus, si post hemistichium sesquipedem exemeris hexa-
metro, redibit in Alcmanium: ut,

Cogitur heu stolidam cernere terram.

At regina graui saucia cura.

Tityre tu patulæ tegmine fagi.

SVPER HEXAMETRIS ET
Pentametris eleganter claudendis, Tabula XI.

Hexameter per bellè definit^r } in dictionem { disyllabam,
trisyllabam.

Pentameter in dictionem { disyllabam,
tetrasyllabam,
pentasyllabam.

In undecimam Tabulam adnotatiunculae.

Hexameter versus canorè definit in dictionem disyllabam vel trisyllabam: ut, *Totas splendescere terras,* *Gentes frenare superbas.* Cauendum autem est, ne in eius fine duæ sint dictiones disyllabæ: ut in illo, *Incubet & Tyriis,* atque ex solido bibat auro. Minus aptè definit Hexameter in tetrasyllabam, pentasyllabam aut monosyllabam dictionem, nisi sit animalis nomen: ut, *Procumbit humi bos:* aut enclitica coniunctio: aut nisi altera monosyllaba præcedat: ut, *Mansuri oppidulo,* quod versu dicere non est. Pentameter definit eleganter in disyllabam dictionem, nec ineptè in tetrasyllabam pentasyllabam: ut apud Martialem, *Dantur opes nullis nunc nisi diuitiis.* Et Propertium, *Contactum nullis antè cupidinibus.*

Caue in fine pentametri ponas trisyllabam, vel monosyllabam, tametsi poetæ nonnunquam posuerint. Propertius, *Et caput impositis pressit amor pedibus.* Tibullus, *Fecit, & antiquis imposuit laribus.* Martialis, *Sunt hæc trita quidem Zoile, sed mea sunt.* Si monosyllabam præcedat altera, versus melius sonat. Ouidius, *Præmia si studio consequar ista, sat est.* In primis autem id laudabile est, si duo vel tres aut etiam plures Hexametri versus nexus orationis, & contextu, veluti ca-

tena quadam inter se connectantur: cuius rei frequentia sunt apud poetas exempla. Hexameter cum pentametro sensum concludat, aut ita suspendat, ut omnino duobus proximis absoluatur. Nec licet ponere dictionem regētem in pentametro, & rectam in hexametro subsequenti, aut contrā: tametsi Catullus, & alij quidam, non semper hoc obseruauerint.

DE VERSVS HEROICI varia specie, Tabula duodecima.

Versus heroici species sunt septem & quadraginta.

1.	Proprius heroicus,	24	Cotrelatiuus,
2.	Ornatus heroicus,	25	Affectatus,
3.	Catenoplius,	26	Mocrocolos,
4.	Periodicus,	27	AEquiuocus,
5.	Bucolicus,	28	Reciprocus in Heroicum,
6.	Sapphicus,	29	Reciprocus in Sotadicum,
7.	Isochronus, cuius sunt duæ species,	30	Recurrens,
	Spondaicus &	31	Concordans,
	Dactylicus,	32	Serpentinus,
8.	Illibatus,	33	Leoninus,
9.	Intugis,	34	Hyporhythmus,
10.	AEquiformis,	35	Logoides,
11.	AEquidicus,	36	Trachys,
12.	Teres,	37	Malacoides,
13.	Sonorus,	38	Cacophonus,
14.	Vocalis,	39	Cacosymphonus,
15.	Politicus,	40	Acephalus,
16.	Apartimenus,	41	Lagarus,
17.	Telius,	42	Miurus,
18.	Pangrammatus,	43	Procephalus,
19.	Climacotus,	44	Encyon,
20.	Emperibolus,	45	Procellius,
21.	Intercalaris,	46	Dolichourus,
22.	Interpositus,	47	Hypermetrus,
23.	Tibicen,		

In duodecimam Tabulam adnotatiuncula.

1 Proprius heroicus dicitur, qui in prima regione, quarta & sexta Spondeum recipit: vt, Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.

2 Ornatus heroicus, qui sine villa coniunctione quascunque alias orationis partes ita mutuis inter se connexionibus colligat, ut in secessione propria pes nullus, nisi nouissimus tantum, integrum partem orationis includat: atque ita sex regionibus suis Spondeum, Dactylumque custodiat, ut nunquam Dactylus quintam regionem suam Spondeo concedat: Spondeus vero semper postremus, Dactylum nunquam admittat. In tertia quoque regione, Spondeus pentemimerim diuidat: vt, Oceanum interea surgens aurora reliquit.

3 Κατωπλος est, qui binos habet Dactylos, & in eorum medio ac fine Spondeum: vt, Ante fugam soboles si quis mihi parvulus aula.

4 Περιθησ, qui vicissim Dactylum habet, & Spondeum: vt, Troia per undosum peteretur classibus aquor. Hectoris armati iugulum traecit Achilles.

5 Βερλινησ, qui post tres pedes pedem habet in partem orationis terminantem: vt Tityre tu patulae recubans sub tegmine fagi: aut potius, qui in quarto loco Dactylum ex integra parte orationis habet: vt, Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. Dulce mihi pinus submurmurat, en tibi pastor.

6 Σεπορησ, qui in prima & vltima regione Spondeum habet, in reliquis vero Dactylum: vt, Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt.

7 Ισοχερος, qui eosdem pedes à primo ad ultimum usque habet: cuius species sunt duæ, Spondaicus, qui ex meris Spondeis constat: vt, Cives Romanæ tunc facti sunt Campani. Olli respondit rex albai longai, Dactylicus, ex Dactylis: vt, Sydera pallida diffugiunt face territa luminis.

8 Ilibatus, qui non aucta vel minuta, aut amputata syllaba vitiatur, sed integra & plenissima dictione formatur: vt Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro.

9 Iniugis, qui nulla coniunctionis syllaba copulatur: qui Græcè dicitur ἀσύδησ: vt, Tectum augustum ingens centum sublime columnis.

10 AEquiformis, qui simplici figura ostentatur: vt, Urbe fuit media Laurentis regia Pici.

11 Aequidicus, qui singulis propositionibus antithetas suspetit dictiones: vt, Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Albis enim nigra opposuit: Ligustris autem vaccinia attribuit, & cadentibus legenda assignauit.

12 Teres, qui volubilem & coherentem continuat dictio: vt, Torua Mimalloneis implentur cornua bombis.

13 Sonorus, qui crepitat pronuntiatione fragosa, & exultantem informat dictio: nem: vt, At tuba terribili sonitu procul ære canoro Incepit. Et,

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

14 Vocalis, qui per alta producta locutione, sonantibus literis vniuersam dictio: nem illustrat: vt, Portus ab accessu ventorum multis, & ingens Ipse, sed horrificis iuxta sonat A Etna ruinis. Et totus ille locus.

15 Politicus, qui omnis affectus ac figuræ est expers: vt,

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.

16 A'παγηταμενος, qui totam intra se comprehendit sententiam: vt,

O curas hominum, o quantum est in rebus inane.

17 Τλησ, id est absolutus, qui omnes orationis partes complexus est: vt,

TABVLÆ

- Ah me si flentem super æthera mox rapuisset. Vx tibi si nantem sub flumina
nunc posuissent. Heu si tunc flentem hunc rapuisset in æthera Mauors.
- 18 Περγάματος, qui continet omnes literas: vt,
Duc Zephyre exurgens Kurum cum flatibus æquor.
19 Κλιμάκωτος, qui procedendo syllabas auget: vt, Si cupis ornari virtutibus He-
liodore. Num turmis pueros coniungitis auxiliares? Cur nobis iuuenes decerpitis
orbiculata? Hic & Fistularis, & αὐλάκων dicitur.
20 Ευπόλεολος, habens vnum ex decem prædicamentis, vel plura: vt,
Multi hominum celeres reperent iuga tigride visa:
Arbor sex seruos feroare refrigerat vstos.
21 Intercalaris, qui sepius interponitur. vt apud Virgilium,
Incipe Mænalius inecum mea tibia versus.
22 Interpositus, qui saluo sensu potest tolli, vt libro A Eneidos secundo,
Perfusus sanie vittas, atroque veneno.
23 Tibicen, in quo ponitur aliquid, ad solam metri sustentationem: vt,
Aspectans syluanam immensam, & sic fortè precatur.
24 Correlatiuus, qui correlations habet: vt, Pastor, arator, eques, paui, colui, su-
perauit, Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.
25 Affectatus, qui ex meris aut verbis, aut nominibus constat: vt,
Instruit, inducit, docet, admonet, arguit, vrget,
Classica, tela, faces, tormenta, tonitrua classes.
26 Μακεδόνος, qui ex longis distinctionibus constat: vt, In satiabilibus Constanti-
nopolitani, Oppressauerunt solicitudinibus.
27 A Equiuocus, cuius ultimæ syllaba similes sunt: vt,
Exercet mentes fraternalis gratia malis lis.
28 Reciprocus in heroicum, qui & retrogradus dicitur: vt, Musa mihi causas me-
mora, quo nomine laeso. Laeso numine quo memora, causas mihi Musa.
29 Reciprocus in Sotadicum, qui à fine scansus Sotadicum trochaicum facit: vt,
Ire cupis si rus, mala vites somnia queso. Quæso somnia vites mala, si rus cupis ire.
30 Recurrens est, qui (vt Sidonij verbis vtar) metro stante, neque literis loco mo-
tis, vt ab exordio ad terminum, sic à fine relegetur ad summum: vt, Si bene te tua
laus taxat, sua laute tenebis, & pétameter ille, Roma tibi subito motibus ibit amor.
Recurrunt & hi versus contrario distionum ordine, Præcipiti modo quod decurrat
tramite flumen, Tempore consumptum iam cito deficit. Relege, & eundem sen-
sum tenebis. Deficit cito iam consumptum tépore flumen, Tramite decurrat quod
modo præcipiti. Est & reciprocus in sensum contrarium: vt, Donet munere mel non
fel pax candida nobis, Nobis candida pax fel non mel munere donet. Philephus in
Pium secundum, Laus tua, non tua fraus: virtus, non copia rerum, Scandere te fe-
cit hoc decus eximium. Conuertitur hunc in modum, Eximium decus hoc fecit te
scandere rerum Copia, non virtus: fraus tua, non tua laus.
31 Concordans, vt est hoc distichon,

Et canis } in syluis } venatur, } seruat.
Et lupus } nutritur, } & omnia } vastat.

- 32 Serpentinus huiusmodi dicitur, Rumpitur inuidia quidam clarissime Iuli,
Quod me Roma legit, rupitur inuidia. Gloria magna deo, pulchrum qui condidit
orbem: Qui nos seruauit, Christo sit gloria magna. Diuitiae sunt huic, cui cordi est
inlyca virtus. Ingenuis studiis exculta diuitiae sunt.

- 33 Leoninus, cuius media pars in eundem sonum ultimam secum trahit syllabam: vt, Vir precor vxori, frater succurre sorori.
- 34 Ηπεργνθμος, cuius singuli pedes parte orationis terminant: vt, Hæc tria sunt, quæ tu mea nunc mihi munera mittis.
- 35 Δογαδης, qui prosæ similis est: hic & Solutus dicitur: vt,
Dono ducite, dôque volentibus cum magnis dñis.
- 36 Τερχvs qui asper è coëuntibus literis difficulter pronuntiatur: vt,
Princeps Graïorum Cecrops ferrata refregit.
- 37 Μαλλωνιδης, qui leuis, & æqualis, ac lubricus ad aurem permeat: vt,
Et qui caruleum dirimebat Nerea Delphin.
- 38 Κακόφωνος, qui crebrò cœuntibus vocalibus vastum hiatum reddidit: vt,
Glaucō & Panopea & Inoo Melicerte.
- 39 Κακοσύμφωνος, qui iisdem consonantibus plures incipientes dictiones habet: vt, O' Tite tute Tati tibi tanta tyranne tolisti.
- 40 Ακέφαλος, qui à breui syllaba incipit: vt, Fluuiorum rex Eridanus.
- 41 Δογαδης, in cuius medio syllaba breuis pro longa inuenitur: vt,
Muneribus tibi Pampino grauidus Autumno.
- 42 Μέρες, cuius penultima breuis est, hunc Latini appellant Recaudem, tam-
etsi quidam vocent Secaudem: vt,
Mortem contemnunt laudato vulnere Getae.
Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.
- 43 Περκέφαλος, cuius primus pes plus quam quatuor tempora habet: vt,
Cornua velatarum obertimus antennarum.
- 44 Εγκύων, id est prægnans, & vterum ferens, in cuius medio redūdat syllaba,
qua patiatur synæfisi: vt,
Dat segetes terræ, & dabit æris gratia semper.
- 45 Περκοίλιος, quem syllaba omnino superat sine Synæfisi: vt,
Marcus Ludius Elotas A' Etolia oriundus.
- 46 Inter se coiisse viros, & decernere ferro.
- 46 Δολιχόδης, cui longa suprà quam cōuenit, est caula: hic & Μακεσσιδης,
a quibusdam dicitur: vt,
Latus erat donis & munere velleris aurei.
- 47 Υπερμετρος, qui & ηπερκατάλιπτος dicitur, in cuius fine redundat syllaba
fine Synæfisi: vt,
Sydera pallida diffugunt face territa luminis,
Ecce furens animis aderat Titynthus, omnémque.
Solet autem Maro versu Hypermetro subdere versum à vocali incipientem, vt ita
præcedentis syllaba redundans elidatur.

F I N I S.



35. Tunc sicut quaevis res in secessu locum aliem locum ducit.
36. Vnde etiam carceribus tunc oratione remittuntur. Hoc est quod
37. dicitur in massis misericordia nostra misericordia nostra.
38. Vnde etiam dicitur quod si quis datur a misericordia nostra
39. datur nobis gratia. Quod si quis datur a misericordia nostra
40. datur nobis misericordia. Cetero dicitur quod si quis datur a
41. misericordia nostra datus est nobis misericordia nostra.
42. Multo vero datus est nobis misericordia nostra. Quod datur
43. ei qui amissione dunderserit. Multo datus est nobis
44. misericordia nostra qui super eum pessime agitur.
45. Quod datus est nobis misericordia nostra qui pessime agitur.
46. Iudeus enim datus est nobis misericordia nostra per prophetam
47. Axidae datus est nobis misericordia nostra per prophetam
48. Vnde etiam in cunctis operibus misericordia nostra invenitur.
49. Multo datus est nobis misericordia nostra per prophetam
50. Malachiam cum dicit quod misericordia nostra est secundum
51. misericordiam nostram. Multo datus est nobis misericordia nostra
52. secundum operes nostras. Quod datus est nobis misericordia nostra
53. secundum operes nostras secundum prophetam.
54. Multo datus est nobis misericordia nostra secundum prophetam
55. secundum operes nostras secundum prophetam. Multo datus
56. est nobis misericordia nostra secundum prophetam.

F I V A L

1. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.
2. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.
3. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.
4. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.
5. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.
6. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.
7. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.
8. Secundum prophetam. Secundum prophetam. Secundum prophetam.

wyzelus
lens
f
fogm
by mo
V
curvus
tongue
lips
vt dea
shu
Aldo
et dnis
n. cor
condon
quint
terer
one paff
-dind
habell
pon
who
an
y
y
not
rem
paro
3





